



Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1846

II. Die Herzogin Anna von Breslau vereignet der Stadt Seehausen das von Cuno von Vinzelberg gekaufte Gewässer Crughe, am 29. Aug. 1322.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54572](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54572)

quod ad compositionem sive gratiam non debeat recipi, nisi cum consensu prefixarum civitatum nec non territoriorum et bona voluntate. Hoc tamen interposito, si quisquam deprehenderetur ob hos nepharios aliquos excessus, acquiri tenetur et de nostro antiquo jure, nobis a nostris dominis Marchionibus prestito felicis memorie cum prouidis et honestis (ut puta cum tribus militaribus vel quinque burgenfibus sive septem villanis probis et irreprobatis), Vt autem hujusmodi supra scripta rata et illibata permaneant et ne quisquam eisdem presumat ausu temerario obuiare, presentibus apposimus sigilla nostre civitatis Sehufen ac strenuorum militarium scilicet Mathie de Jagow militis, Arnoldi de Roffow, Betconis de Dequede, Thiderici de Ritveld, Ottonis de Konghesmarke Junioris, Ottonis Utenpul famulorum in sufficiens argumentum. Actum ea datum Anno Domini MCCCXXI in die beati Thome Apostoli.

Bgl. S. 96.

II. Die Herzogin Anna von Breslau vereignet der Stadt Seehausen das von Cuno von Vinzelberg gekaufte Gewässer Erughe, am 29. Aug. 1322.

In nomine Domini Amen. Mutabilium temporum successio actiones hominum frequenter deducet, si a voce testium vel scripti memoria non reciperent firmamentum. Ideoque nos Anna Dei gratia Ducissa Wratislaviensis et Domina in Arneborch, Recognoscimus quod fidelis noster famulus Cone Vintzelberch de nostro pleno consensu ac potestate dimisit fidelibus nostris Consulibus in Sehufen inferiorem aquam que dicitur Croghe cum omni jure, quo eam prius possedit et a nobis tenuit, Renunciamus etiam omni jure, quod de predicta aqua nobis cedere posset et damus in usum memoratorum Consulium antedictam aquam perpetuo possidendam. Ne quis dubitet in premissis, presens scriptum nostro sigillo dedimus roboratum. Testes sunt Hinricus noster Capellanus plebanus in Vratz, Beteke de Decqwede, Arnoldus de Roffow, Cone Vincelberch, Wipertus Vinzelberg nostri fideles. Datum Sehufen, Anno Domini MCCC vigesimo secundo, in die decollationis beati Johannis Baptiste.

Aus Seibell's handschriftlicher Urkundensammlung 42, f. 60. Gerken's Dipl. I, 600.

III. Markgraf Ludwig bestätigt der Stadt Seehausen das Wasser Erughe (einen Theil des Mands) und Bedehungen in Albrechtsdorf, Niendorf und Mand, am 1. April 1327.

In Nomine Domini Amen. Lodowicus, Dei gratia Brandenburgensis et Lusatie Marchio, Comes Palatinus Rheni, Dux Bavarie, sacri Imperii Archicamerarius, Omnibus hoc scriptum cernentibus salutem et ad memoriam subscriptorum. Interest Principum omnibus benefacere maxime tamen hys, quos constans fidelitas et fidelis constantia effecit talis beneficii prestanciores alijs atque dignos. Inde ergo est quod ad omnium et singulorum cupimus notitiam pervenire, quod fidelibus nostris et dilectis Consulibus Ceterisque Burgenfibus nostris de Sehufen presentibus et futuris exigente